

Ye
3509



3.

12

ORATIUNCULA

De I V

OFFICIO BO-
NORUM ANGE-
LORUM.

Habita in Brabeuterio florentissima

Wittebeker gensis Academia

PRÆSIDE

ac

DIRECTORE

Viro Clarissimo atq; Consultissimo,

39.

Dn. IOHANNE AVENARIO,

J. V. L. & Rom. Eloquentiæ Prof. publ.

IOHANNE RUDORFFIUS ZEL-

LENRODANO Varisco, humaniorum
disciplinarum Studio.

3. Octobris.

Chronodistichon.

AgMinE pro nostro genII pVgnate beatI

Et StIglII teChnas Vos Inhlbete Del.

WITTEBERGÆ, Typis JOHANN. GORMANNI.

13

1729





V I R O,

*Magnifico, Amplissimo, Excellentissimo ac
Consultissimo,*

Dn. LUCÆ BECKMANNNO

J. V. D. inclytæ Witeberg. Academiae p. t. R E C T O R I,
Professori Clarissimo, nec non Scabinatus ibidem Assessori
dignissimo, Elect. Sax. ut & Viduæ Elect. aliorumq;
Principum Consiliario eminentissimo.

J U X T A q;

*Reverendis, virtute, singulari doctrinâ,
auctoritate, consilio & experientiâ con-
spicuis Viris,*

Dn. JOHANNI ERNESTO LUTHERO, Evange-
lici Collegij, quod Cizæ est, Seniori Spectabili.

**Dn. MICHAELI }
Dn. JOHANNI } MULLERO FRATRIBUS**
συμφωνεσάντοισ Ecclesiae Cathedralis Cizensis
Canonicis dignissimis, &c.

*Dn. Patronis, Promotoribus & Fautoribus
ut desideratissimis ita certissimis.*

Εἰρήνην καὶ ὑγίαν ἀπὸ τῆς παμαγαθοῦτάς.



Arij intervenire videbantur obices, *Rector Magnifice; Cateriq;* Viri Reverendi, Dn. Fautores ac Promotores omni subjectionis & observantiæ cultu prosequendi, cum hujus argumenti edolationem, meditarer; quibus tamen omnibus per DEI gratiam è medio remotis, manum ad scriptionem animatus applicavi, edolavi, typò denique excudi curavi. Rodat autem *Momus*, atrum ac Theoninum ipsius dentem ne tantillum quidem curo; invideat ac frendeat Zoilus, ad tetricum ejus torvumq; non terreo conspectum. Animat me, quòd non in vulgus me ostentandi, sed debiles ingenij vires exercendi gratiâ in publicum prodierim. Cum verò animus titubaret, quibusnam laborem hunc chartaceum commodè offerrem, ruminabar mente & perpendebam. *Tuam, Vir Magnifice*, multis modis hætenus in me peregrinum declaratam propensam benevolentiam: simul veniebat mihi in mentem insignis vester, *Viri Reverendi*, erga S. literas ardor, eximia in inopes optimarum artiũ cultores beneficentia, humanitas nunquam satis laudata erga omnes; inde viles hæce ac steriles studiorum meorum segetes Vobis non ingratas fore, immotam in spem erigebar. Inscriptas igitur M. V. dedico & offero, quia debeo, aliàs pessimum τῆς ἀχαριστίας probum ne vix quidem diffugerem: R. V. D. verò, quia Vestra à multis jamdudum depredicata ἐνεργασία solidâ humanitate

condita me pellicit. Eo autem, quo par est, humillimò
cordis affectu Vos sollicito, ut exilium harum pagella-
rum *ελεγε. Φιν*, publicum debitæ gratitudinis & obser-
vantia testimonium serenâ fronte adspiciatis, benevolò
accipiatis animo, & auctorem cum studiis suis Vobis
commendatissimum habeatis. *Quod* si à Vobis (uti non
ambigo) obtinero, est quòd *felicitati* meæ gratuler,
meq; Magnif. V. ut & R. V. D. perperpetuò gratitudi-
nis vinculò obstrictissimum profitear. *Quod* superest,
votivis finio precibus ad Eum, qui operatur omnia in o-
mnibus ardentè effusis, ut Vobis Familia fortunata,
prospera valetudo & atas contingat Nestorea. Dabam
in inclyto Musarum Athenæo Albiaco 13. Octobris, An-
no æræ Christianæ 1619.

Magnific. V.

ut &

R. V. D.

Devotissimus

&

Observantiss.

JOHANNES RUDORFFIUS

humaniorum discipli-
narum Cultor.

RECTOR.

RECTOR ACADEMIÆ
WITTEBERGENSIS.

LUCAS BECKMANNUS Ict.

Professor Ordinarius, Elect. Saxon. aliorumq;
Principum Consiliarius.

1. A. A.
Deaclarum atq; egregium homi-
nis decus & ornamentum esse sapien-
tem Eloquentiam, non y duntaxat no-
runt, qui doctrinâ atque literis imbuti,
rectum sibi comparârunt de rebus judi-
cium, sed & illi, qui etiamnum rudes
sunt, & nullo disciplinarum genere ani-
mos excoluerunt, fateri etiam inditi coguntur; quippe quæ id
prestat, ut, qui ab ea instructi sunt, non rationis tantum ex-
pertibus animalibus antistent, verum etiam alios homines
longè superent, & quò tandem cumque placuerit, deducant.
Hinc & illi, qui ad Ecclesiæ & Reipub. gubernacula sedent, fe-
licissimum sape ab Eloquentiâ presidium petunt; & qui litera-
rum studiis operam navant, præclarum sibi à dicendi fa-
cultate ornamentum atque emolumentum adquiri senti-
unt. Quantum prisca illi sapientes stylo & Oratoriis ex-
ercitationibus tribuendum existimaverint, aut quàm so-
lemnis fuerit ille declamandi recitandiq; mos, cum ex aliis,
tum ex Plinianis epistolis abundè liquet: cujus utilitas maxi-
ma fuit: nempe quòd ad hunc ceu lapidem Lydium (ut est in
Proverbio) scripta sua probarent. Quoties enim apud multi-
dinem verba facimus, haud difficulter experimur, num felix
sit inventio, num dispositio concinna, num polita eloquentia:

Et quanquam taceant auditores, ex illorum tamen vultibus quodammodo intelligere licet, album an atrum calculum (quod ajunt) recitantibus aut dicentibus adjiciant. Quae cum ita sese habeant, maximopere commendanda est juvenum illorum industria, qui Orationibus doctis, & rerum & verborum ubertate utilissimis comprobant, se vera ac solida doctrina studiosos esse. Quorum in numerum ut sese adgregaret juvenis Ornatissimus JOHANNES RUDORFFIUS Zellenrodanus Variscus, Orationem eruditam conscripsit De officio ANGELORVM, & quomodo DEVS Opt. Max. suam immensam Φιλανθρωπίαν declaraverit, adjungens pijs S. Angelos, veluti ministros; quam hodie Hora II. in ἀκροατηρίῳ majore recitaturus est. Ad cujus auscultationem, tum quia argumento insignis est, tum quia eloquiò indiserta esse non potest, ut optimarum artium studiose frequentes conveniant, magnopere censemus. P. P.

V. Non. Octobr. Anno recuperatae per Christum salutis cIoIo CXIX.



IN

IN NOMINE ΔΡΑΚΟΝΤΟΛΕΤΟΥ.

Nter reliqua, quæ multis magnisq; in rebus clarissima apparent, *Rector Magnifice, Sacri Ordinis Viri & Doctores Reverendi, Legitimi Operis Consultissimi, Medice artis Excellentissimi, Procures ac Præceptores omni observantia nec non reverentia cultu prosequendi: Et tu nobilissima, præstantissima Studiosorum Concio*, erga humanum genus beneficentiæ & largitatis argumenta, hoc non infimum promeretur locum, quòd statim ab initio *corporis hujus Universis Spiritus boni* nobis misellis in lubrica hujus ærumnosæ vitæ cymba navigantibus ceu naucleri, erroneis in viis gradientibus ceu duces & comites, in arduis negotijs peragendis ceu adjuutores sunt adjuncti. *Quomodo* enim à κροκοδειλω infernali tuti esse ac immunes? quomodo ipsum theatri formarum mutatione à limine, quid dico limen, latere, inquam, nostro propulsare possemus Angelorum bonorum præsidio non muniti? Ille enim instar leonis rugientis hinc inde vagando quærit aditum, per quem in devota irrumpere possit pectora, ipsaq; à JEHOVAÆ sinu avulsa in suam abripere societatem. At spiritus hi *επέρηνορες* stant a partibus nostris, hostiles ejus impetus cum reprimendo, tum omnis generis noxas a foribus nostris abigendo. Quid? multa paucis expediam: nullus locus, nulla dies, hora

hora nulla, nullum omninò temporis punctum periculo aut periculi expectatione vacuum nobis relinquere-
tur catervâ Angelicâ non circundatis. Revocate vobis in
memoriam afflictissimum Jobum, B. Antonium, ac no-
stro tempore B. Lutherum, qui Satanicis impugna-
tionibus haud dubiè per diuturnam vexationem
desperâssent, nisi misericordiâ DEI, & alacri horum Spi-
rituum custodiâ fuissent erecti & conservati. Imò quili-
bet ex vobis, Auditores, respiciens spacium præteriti
temporis, & pueritiæ memoriam recordans ultimam,
inde usque repetens, se varijs in periculis, morbis ac æ-
rumnis divina gratiâ & horum spirituum subsidio vel
præsidiò potius salvum & illæsum evasisse, ultrò mecum
fatebitur. Cùm igitur vigilantissimi hi spiritus tan-
tam nostri suscipiant curam, operæ precium me factu-
rum puto, si de illorum officio hoc tempore, quod An-
gelis sacrum, aliquid disseram. Me verò, Auditores, hac
de materia non Tulliano aut Liviano more dicentem,
sed balbutientem tantùm expectabitis. Sum enim in
hujus argumenti difficultate plus quàm infans: nec ta-
men conatum rejiciendum confido. Vos igitur, Audi-
tores, quoniam omne mihi perfugium in vestra bene-
volentia situm est, oro & obtestor, ut, quæ in medium
protulerò, æqui boniq; consulatis, quò mea hæc Oratio
veluti secundis subvecta ventis, quem sibi propositum
habet, portum eò facilius consequatur.

Quò verò me vertam? unde exordiar? unde ver-
borum copiam depromam? Nam statim in orationis
meæ vestibulo adeò amplum & spaciosum materiæ cam-
pum mihi veluti minùs exercitato apertum video, ut
verear, ne quasi intermittens navem ventus in medio
cursu

spiritus subtilissimi: quales nos sumus? ingratiissimi: An-
geli verò ad laudes tuas celebrandas promptissimi.

Sed ne in vastum Oceanum abreptus videar, velis
contractis ad portum appellam. *Multum* tibi, ò *DEVS*,
debemus, quòd nos ad imaginem tui fomâsti, quòd la-
pso sanguine *Filij* à fatali interitu unidicâsti, quòd de-
niq; nobis ad malum propensis Angelos in custodiam
destinâsti, ut meritò cum Psalmista exclamemus: *Bone*
Deus, quid est homo, quòd memor es ejus? Quid tibi pro fi-
deli Angelorum custodia referamus? possumus omninò
nihil. Ne tamen prorsus ingrati videamur, considera-
bimus, quanta nobis beneficia *DEUS* per alacrem An-
gelorum protectionem proximè præteritò annò exhi-
buerit, & adhuc exhibeat. *Turca* ferox multis abhinc an-
nis in multas horribiliter sævijt regiones, urbes & oppi-
da. Nos verò *pace* & tranquillitate sub *Ruta* umbraculo
Sax. fruimur. *Papicole* & *Calviniani* cum Photinianis
vulpinâ indutis versutia veteranis machinis intenti non
cessant, quò *lucem veritatis* ante centum annos *DEI* gra-
tiâ per *μεγαλάνδρα Lutherum* à squalore indulgentiarum,
& traditionum sordibus repurgatam rursus extinguânt.
Profectò si illi nos è patria sede fugare, & vitâ nobili *Dei*
dono privare possent, lætibundi auderent facinus. Quot
regiones *annone caritate* fuerunt pressæ, ubi tamen nos
famem non sensimus. Quot urbes & oppida *incineres*
sunt redacta? *Witeberga* verò (*DEO* laus) ejusmodi flam-
marum non est experta cladem. Unde verò hæc omnia,
ne cum occæcatis Epicuræis cæco ascribamus fato, præ-
ter *DEUM* hoc nemini acceptum referendum est, quàm
sedulæ Angelorum protectioni: Illi nos sub umbra alas-
rum suarum illæsos præstitère. Gratò hoc agnoscamus
animo, nosmetipsos ad gratiarum actionem mutuò ex-
citemus

Pf. 2.

Beneficia,
qua nobis
DEVS per
ἀγγελο
Φυλακτι
ρίαν exhi-
bet, sunt.

1.

εἰρηναίη
σία.

2.

ἰναγγέλη
σία.

3.

ἀλιμία

4.

ἀπυρία.

Psalmo 147.

Tempus mi-
serimum.

Evypa.

citemus, cum Psalmista in hanc erumpentes vocem: *Jerusalem? Sax. lauda Iehovam Dominum exertuum, munit enim pessulos portarum tuarum; stipat te catervâ Angelicâ; benedicit incolis tuis; largitur mœnibus tuis pacem & saturat te selectissimò tritico.* Insuper cum infernalis serpentis in-
stinetu omnia ealent bello, strepunt armis, ardent cædi-
bus, tument insidiis, vastitate arefcunt, acervis corporû
& pugnantium sanguine redundant, ardentè sollicite-
mus Deum, ut agmine Angelicò nos circundet, quò ad-
versus tartarei Mulciberis pugnas illæsi possim? stare. Castra
Angelorum pro nobis, circa nos: Caterva Angelica cin-
gat ac munit *Illustriß. Domum Sax.* custodiat florentissi-
mam hanc liberalium artium officinam. Cingant &
tueantur vos, Auditores, Angeli coacervatim cunctis in
virs, vobiscum introeant & exeant: Comitentur nos
Angeli, quocunq; terrarum fuerimus angulo, die ac no-
cte, terrâ mariq; , domi ac foris, in vita & morte deniq;
ipsa. Cursu orationis, meæ Dei gratiâ feliciter peractò
ad Vos, Auditores exoptatissimi, me converto, obnixè
rogans, ut si hujus argumenti dignitatem ad spem ve-
stram de me, deq; studiis meis conceptam flore orationis
minus tersè convestierim, ingenii cum tenuitati,
tûm teneræ juvertuti imputetis. Vicissim pro ea bene-
volentia, quam mihi balbutienti potius quàm per oranti
vestrâ horificâ præsentia declarare nō fuistis dedignati,
omnia mea qualia infirmitatis cumq; ac tenuitatis stu-
dia & officia quacunq; occasione oblatâ prom-
pto animo offero, polliceorq;.

DIXI.

Deo triumphus.





Ye 3509.

ULB Halle 3
001 340 646




SB

VD17

h. i.





[Illegible handwritten text on a small paper label]



3.

ORA

OFFI
NORU

L

Habitain Br
Witteb

Viro Clari

Dn. IOHA

J.V.L.& Rom

JOHANNE

LENRODAN
discipl

AgMInE pro n
Et StIgl

WITTEBERGÆ

13

